Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ecce discipuli tui fecerunt sabbatis quod non licet;
Ille autem terrenum eorum fodere & intellectu dic
ad eos; Non legistis quid fecit dd cum esuriret
ipse & qui cum eo erant quomodo intrauit
ad abiatthar sacerdote & panes propositio
nis manducauit ipse & pueri sui quos non
licebat manducare nisi solis sacerdotibus;
Et his addit; Si scire uis quid est misericordia
uolo & non sacrificium nunquam condem
nasses uos innocentes; Sed illi ad haec quid re
ferunt? Rixati sunt cum pueris eius & dicunt;
quia hic homo non est a deo qui non custodit
sabbatum; Hoc ergo modo fodit puteos isaac
quos fodierunt pueri patris sui; Puer patris
sui erant moyses qui fodiunt puteum legis.
Pueri patris sui erant dd & sedamon & prophe.
& si quis illis quilibros scribserunt uel ueteris
testamenta quos terrena & sordida replé
uerunt intellegentia iudeorum; Quae cum uellet
purgare isaac & ostendere quia quae
cumque lex & prophetae dixerunt de eis pro
dixerunt rixati sunt cum eo philistini
sed discedit abeir. Non enim potest esse
cum his qui in puteis aquam nolunt haberi